DISPUTATIO JURIS GENT. PRIMA,

DE

ARBITRIO BONI VIRI.

PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO, U.J.D.
Et Jur. Gent. Profeſſ. Ordin.

RESPONDENTE,

ABRAHAMO CRUMFUS, Heidelbergâ,

die 27. *Octobr. Heidelbergæ Anno M. DC. LXXVIII.*

Denuo recuſa, An. 1708.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

Diſputatio Ordinaria J. G.

DE

ARBITRIO BONI VIRI.

§. 1.

QUàm pia & ſancta fuerit veterum JCtorum ſolertia, vel eo, Romanæ Juris prudentiæ invento apparet, quò ex iis quoque, quæ in arbitrium Rei collata ſunt obligatio producitur, etſi adverſis frontibus pugnare hæc duo videantur, Reum eſſe obligatum, i. e. neceſſitate præſtandi obſtrictum, & tamen id eſſe in ejus arbitrio, indeque obligationem, non poſſe conferri in arbitrium Rei, ſæpius conſtitutum eſt, *l.* 17. *l.* 46. *V. O.*

§. 2.

Verum hoc (cujus tamen rationem nemo quod ſciam indagavit) depromptum videtur ex ſecretioribus Stoicæ ſapientiæ ſacris, ac adytis, quæ ſapientem ſuum ἀμεταμέλητοι καὶ ἀμεταβλήτοι pæniten-

nitentiæ ac mutationis ignarum finxit, qualis quidem præceptis ac regulis depingi quidem poteſt, formari non poteſt. Talem enim inde ſapientem ſæpius in publicum producit. Cicero qui *libr. 5. Tuſc. quæſt. ait. Sapientis eſt proprium: nihil quod pœnitere poſſit facere, nihil invitum, ſplendidè, conſtanter, graviter, honeſte omnia:* eandemque ſententiam Zenonis & Auſilæ refert: *libr. 4. acad. quæſt. Sapientis hanc vim eſſe maximam, cavere ne capiatur, ne fallatur, videret;* Et luculentisſimè in oratione *pro L. Muræn.* ait: Sapientem nihil opinari, nullius rei pænitere, nulla in re falli, ſententiam mutare nunquam.

§. 3.

Cæterum JCti Romani, qui exceptis Catonibus nunquam certæ Sectæ ſe mancipa-runt, ſed ex omni philoſophia ea delibarunt, quæ negotiis civilibus applicari poſſent, hunc quoque Stoæ ſapientem, non ad hominem, ſed ad regulam, quæ perfectisſima eſt retulerunt, & arbitrium ſapientis, ſeu boni viri non ex perſona Rei, quod ipſe arbitratus fuerit, ſed ex regula, & ratione Juris, quid arbitrari debuerit, definiverunt, indeque ſi ſecus fecerit, & iniquius ſtatuerit, ſententia ejus ad normam Juris corrigitur.

§. 4.

Hinc arbitrium & voluntas, in uſu Juris, ſæpius opponi ſolet, & per illud intelligi; Judicium,

um, quod Juri ſeu Regulis æquitatis congruit, unde arbitria tutelæ; *tot. tit. C. de arbitr. tut. famil. herciſc. l. 20. pr. l. 30. & paſſ. fam. herciſc. Et cùm voluntas ſit id quod quis vult, arbitrium eſt id, quòd quis velle dicit*, & ex quo ipſe vir ſapiens, & bonus æſtimatur, ſc. arbitrium, Juſtum & rectum *l. 73. V. S. l. ult. rem pupill.* quod adeò eo ſenſu voluntati opponitur in *l.* 11. §. 7. *l.* 3. *l.* 46. §. 3. *Fid. Lib. l.* 1. *pr.* & §. 1. *Legat.* 2.

§. 5.

Quoties igitur quis vel in contractu, vel in teſtamento in quo itidem nihil in arbitrium alterius conferri poteſt, *l. 32. pr. hæred. Inſt. l. 52. Cond. & demonſtr.* Ita diſpoſuerit, *Si Tibi, vel Titio videbitur: Vel: prout videbitur. Vel: tuo aut Titii arbitrio &c.* optimà ratione dici poteſt, non intelligi plenum voluntatis arbitrium, quod pro lubitu fingi ac mutari poteſt, ſed arbitrium *Boni Viri*, quod certum eſt, quia unicum eſt, cum una tantum & certa ſit æquitas. *l. 2. Jur. ignor.* ex quo proinde *Arbitrio Boni Viri*, quod juxta Stoicam diſciplinam, non poteſt non eſſe certum, conſtans & immutabile, obligatio omnino naſcitur ad id quod Juri conveniens eſt.

§. 6.

Inde verò quod hoc arbitrium certum ſit ac neceſſarium, id quoque rectè concluditur, arbitrio illi nullam ineſſe conditionem: per hanc

Digitized by Google

nitentiæ ac mutationis ignarum finxit, qualis quidem præceptis ac regulis depingi quidem poteſt, formari non poteſt. Talem enim inde ſapientem ſæpius in publicum producit. Cicero qui *libr. 5. Tuſc. quæſt.* ait. *Sapientis eſt proprium: nihil quod pœnitere poſsit facere, nihil invitum, ſplendidè, conſtanter, graviter, honeſte omnia:* eandemque ſententiam Zenonis & Auſilæ refert: *libr. 4. acad. quæſt. Sapientis hanc vim eſſe maximam, cavere ne capiatur, ne fallatur, videret*; Et luculentisſimè in oratione *pro L. Muran.* ait: Sapientem nihil opinari, nullius rei pænitere, nulla in re falli, ſententiam mutare nunquam.

§. 3.

Cæterum JCti Romani, qui exceptis Catonibus nunquam certæ Sectæ ſe mancipārunt, ſed ex omni philoſophia ea delibarunt, quæ negotiis civilibus applicari poſſent, hunc quoque Stoæ ſapientem, non ad hominem, ſed ad regulam, quæ perfectisſima eſt retulerunt, & arbitrium ſapientis, ſeu boni viri non ex perſona Rei, quod ipſe arbitratus fuerit, ſed ex regula, & ratione Juris, quid arbitrari debuerit, definiverunt, indeque ſi ſecus fecerit, & iniquius ſtatuerit, ſententia ejus ad normam Juris corrigitur.

§. 4.

Hinc arbitrium & voluntas, in uſu Juris, ſæpius opponi ſolet, & per illud intelligi; Judicium,

um, quod Juri ſeu Regulis æquitatis congruit, unde arbitria tutelæ; *tot. tit. C. de arbitr. tut. famil. herciſc. l. 20. pr. l. 30. & paſſ. fam. herciſc. Et cùm voluntas ſit id quod quis vult, arbitrium eſt id, quòd quis velle dicit*, & ex quo ipſe vir ſapiens, & bonus æſtimatur, ſc. arbitrium, Juſtum & rectum *l. 73. V. S. l. ult. rem pupill.* quod adeò eo ſenſu voluntati opponitur in *l.* 11. §. 7. *l.* 3. *l.* 46. §. 3. *Fid. Lib. l.* 1. *pr.* & §. 1. *Legat.* 2.

§. 5.

Quoties igitur quis vel in contractu, vel in teſtamento in quo itidem nihil in arbitrium alterius conferri poteſt, *l. 32. pr. hæred. Inſt. l. 52. Cond. & demonſtr.* Ita diſpoſuerit, *Si Tibi, vel Titio videbitur: Vel: prout videbitur. Vel: tuo aut Titii arbitrio &c.* optimà ratione dici poteſt, non intelligi plenum voluntatis arbitrium, quod pro lubitu fingi ac mutari poteſt, ſed arbitrium *Boni Viri*, quod certum eſt, quia unicum eſt, cum una tantum & certa ſit æquitas. *l. 2. Jur. ignor.* ex quo proinde *Arbitrio Boni Viri*, quod juxta Stoicam diſciplinam, non poteſt non eſſe certum, conſtans & immutabile, obligatio omnino naſcitur ad id quod Juri conveniens eſt.

§. 6.

Inde verò quod hoc arbitrium certum ſit ac neceſſarium, id quoque rectè concluditur, arbitrio illi nullam ineſſe conditionem: per hanc

 enim

enim ſuſpenditur Jus in eventum, incertum; nec in re certa, qualis eſt *Boni Viri Arbitrium*, §. *praced.* conditio eſſe poteſt, *l.* 4. *l.* 6. *V*: *O.* unde rectè JCtus ait: *Qua enim mora eſt in boni viri arbitrio*, *l.* 1. §. 1. *Legat.* 2.

§. 7.

Meritò autem tàm gravem ac ſanctam interpretationem negotiis civilibus applicarunt JCti. Quis enim obligationem conferret, & in alterius arbitrium, ſi ſciret iniquum ipſum arbitraturum ſine dubio ergo eâ intentione id facit, quia ſperat eum, ut bonum, & honeſtum virum, id quod æquum eſt præſtiturum. Quod Celſus JCtus ita exprimit *in l.* 30. *oper. libert.* *Fere ea mens eſt, perſonam, arbitrio ſubſtituentium, ut qui ſperent, rectè eum arbitraturum, id faciant, id faciant, non quia vel immodicè obligari velint.* Et Paulus, *in l. 24. pr. locat.* ait: *Fides bona exigit, ut arbitrium tale praſtetur*, *quali* viro bono *convenit. &c.*

§. 8.

Non tamen promiſcuè & in omnibus negotiis hoc arbitrium intellectum eſt, ſed & plurimæ occurrunt ea in re varietates, & maximè difficultates, quas ſeq. Diſp. extricabimus. Eas autem tantas eſſe, ut huc uſque nondum expeditæ fuerint, vel ſequenti exemplo unusquisque facile fatebitur.

§. 9.

§. 9.

Qr. vulgò: An legatum in alterius arbitrium conferri poſſit? Reſpondent communiter non poſſe conferri, in arbitrium heredis utpote Rei, niſi tanquam in arbitrium *Boni viri*, nec in arbitrium tertii, niſi veluti in conditionem collatum ſit, Don. 8. comm. 15.

§. 10.

Contra in *l*. 43. §. 2. *Legat. I.* dicitur: *Legatum in alienâ voluntate poni poteſt.* Directo contrarium affertur *in l.* 52. *Cond. & demonſtr. In alienam voluntatem conferri Legatum non poteſt.* Idem dicitur in l. 32. pr. hered. Inſt. ubi nihil in teſtamento valere poſſe dicitur, ex alieno arbitrio. Hoc ut componant, prius illud quod dicitur in d. l. 43. §. 2. ita explicant quod legatum non poſſit purè in aliena voluntate poni, poſſit autem tanquam conditio, quod & dicitur in l. 1. pr. leg. 2. & ita quoque Reſpondent ad *l*. 52. *Cond. & demonſtr.* qs. hæc formula ſi voluerit valeat tanquàm conditio: vel ſaltem tacitè. Quod profectò miror cum in d. l. 52. Legatum expreſsè tanquàm conditio in alterius voluntatem collatum ſit, hoc modo: *Si Mævius voluerit*: alterum hoc: *Si Mævius Capitolium aſcenderit*: quibus formulis diverſum ibi jus tribuitur, & dicitur, quod tantum valeat, ſc. ſub conditione, ut paret: Poſterior igitur, *Si Nævius voluerit*, ne quidem ſub

con-

condítione valet. Sed & huic formularum diverſitati rurſum repugnat, l. 1. pr. leg. 2. ubi è contra in utraque formula idem eſſe jus dicitur: Quid enim inter eſt, ait ICtus, Si Titius in Capitolium aſcenderit, mihi legetur; An? Si voluerit? Doctores quid pro quantum intelligunt: peſſimè cum ita contrarium inde ſequeretur, & latinitas in illo contextu repugnet, ſed & mala eſſet oppoſitio §. ſeqq. Alii, igitur potius inſolubilem antinomiam hic ſtatuunt, quæ an nobis expediri ſolidè poſſit, ſeqq. Diſput. tentabitur.

DISPUTATIO ORDINARIA J. G. SECUNDA.

DE

ARBITRIO BONI VIRI.

Reſpondente

FRIDERICO Metzler/Heidelb. Palat.

d. 3. Nov. 1678.

§. II.

Plura, quàm vellem, ſupponenda mihi video ad ſubigendas, quæ in materiâ, hâc occurrunt, difficultates; & initio quidem: quo

quo Regula Catoniana: *Quæ ab initio nulla ſunt, ex poſt facto non convaleſcunt:* l. p. de R. J. tot. tit. Reg. Caton. intelligenda ſit de iis, quæ ſimpliciter & quoad ſubſtantiam ſuam nulla ſunt: ſi enim illud ſaltem non deeſt, quod ad ſubſtantiam ſufficit, negotium interim ſubſiſtit, ex reliqua quoque impedimenta, ſi pendente negotio removeantur, ex poſt facto convaleſcunt: uti fit in conditionibus, rati habitione, aliisque negotiis ſuſpenſis.

§. 12.

Hic autem omnino diſtinguimus, inter id; quod ad ſubſtantiam negotii, naturâ vel jure, requiritur, & quod ad ſubſtantiam actualis executionis negotii, ſc. ut actu fieri per naturam vel legem poſſit: Ita ſi Legatum non eſt in commercio i. e. ſi lege, uſibus hominum exemptum, & adquiri prohibitum eſt, nec ex poſt facto convaleſcere, & ne ſub conditione quidem valere poteſt: quia ad ſubſtantiam omnis diſpoſitionis legitimæ requiritur, ut res ſit in commercio per §. 12. *l.* 83. §. 5. *V. O. l.* 35. §. 1. eod. Ad ſi ſit quidem in commercio, ſed actualis præſtatio ſaltem fieri nequeat. v. g. quod Res jam ſit Legatarii, aut quod ædibus juncta ſit purè quidem non valet, quia in purâ obligatione non modo validitas negotii, ſed & actualis præſtatio requiritur *per* §. 2. *V. O.* Adeoque nec ex poſt facto convaleſcere

B poteſt

Digitized by Google

poteſt per §. 12. l. 41. §. 2. Legat. 1. ſed ſub conditione tamen valet, in qua actualis præſtatio nondum requiritur d. l. 41. §. 2.

§. 13.

Porro præmittimus: his verbis; *In arbitrium alterius conferri*; intelligi arbitrium nudum ſimplex non cui factum aliquod conjunctum eſt; v. gr. *Si in Capitolium adſcenderis* hoc non ſemper valet, ut vera conditio, quia non ſufficit velle, ſed & adſcendere debet, nec impletur conditio nudo arbitrio, ſed facto aſcenſionis, etſi illud tacitè inſit, l. 3. l. 2. l. 62. §. 1. legat. 1. l. 52. Cond. & demonſtr.

§. 14.

Imprimis autem accuratè diſcernendum dupliciter aliquid dici in alterius arbitrium conferre, 1. Quando ſola obligatio, ſeu An debeatur, alterius voluntati committitur, uti in *l.* 17. *l.* 46. §. *f.* *V. O.* 2. Quando tota diſpoſitio & non tantum, *An* ſed & *Quid, Cui Quando &c.* debeatur, in alterius voluntate ponitur: uti in l. 32. pr. hær. Inſtit.

§. 15.

Priore ſenſu repugnat, me eſſe Reum ſeu obligatum, & debere, & tamen eſſe in meo arbitrio, An debeam per §. 1. Hoc igitur ſenſu Legatum in arbitrium duntaxat heredis, utpote Rei conferri non poteſt, in alienum poteſt, *l.* 43. §. 2.

legat.

legat. 1. quia ſufficit heredem, tanquam reum eſſe obligatum de tertio enim obligando non agitur, adeoque in tertii voluntate eſſe poteſt; An Reus debeat, qui hoc caſu dicit ſub conditione, ſi tertius voluerit, tanquam conditionem ſub qua ſc. heres tenetur, non tertius.

§. 16.

Et hactenus nihil intereſt; an dicatur, ſi tertius voluerit, an verò ſi in capitolium adſcenderit: quia neutra formula aliquid confert in arbitrium heredis, in tertii autem conferri poteſt; An debeatur; §. 16. *d. l.* 46. §. 2. *d. l.* 1. *pr.* in qua proinde non opus eſt abſurda illa & contorta interpretatione.

§. 17.

Aliud longè eſt, de quo tractatur in *l.* 52. *Cond. & demonſtr.* (quæ è diametro adverſari videtur) ſc. de collatione in alterius arbitrium, juxta ſenſum poſteriorem §. 15. n. 3. quod Jus tale eſt.

§. 18.

In teſtamentis non tantum in ārbitrium heredis ceu rei conferri non poteſt; An debeatur, juxta §. 16. quod commune eſt, cum contractibus, de quo infra, ſed & in cujusque alterius arbitrium, nequit conferri, *Quid*, *Cui*, *Quando*, debeatur: Eſt enim teſtamentum diſpoſitio de familiâ, & quæ fit Jure patrisfam. *lib.* 2. *pr. fam.*

 herciſc.

Digitized by Google

herciſc. l. 195. §. 1. V. S. adeoque alterius arbitrio, qui jus hujus familiæ non habet committi nequit. Hinc teſtamentum definitur; *Voluntatis noſtræ Juſta ſententia &c. l.* 1. *qui teſtam. fac. poſſ. & in LL. XII. tbb.* cautum eſt: *Uti quisq; legaſſet rei ſuæ ita Jus eſto, l.* 120, *V. S.* & legatum dicitur Donatio à defuncto relicta §. 1. Legat. &c.

§. 19.

Non tamen præciſe ad ſubſtantiam diſpoſitionis teſtamentariæ requiritur, ut ipſe teſtator hæc omnia ſimul definiat; *An*, *Cui*, *Quid*, *Quando*, debeatur, ſed quædam ſaltem quæ ita decidimus, Ut diſpoſitio teſtamenti ex noſtro arbitrio valeat, neceſſum eſt, ut perſona cui illa ſit, & res de qua ſit, noſtro arbitrio, non alieno determinetur, omnis enim diſpoſitio talis continet, & rem, & perſonam, cum per eam res, vel Jus, perſonæ relinquatur, cæterum an inde debeatur potius ad ſubſtantiam obligationis, quàm diſpoſitionis, in genere pertinet, per §. 16. Uti & quando debeatur, planè intrinſecum eſt diſpoſitioni, quippe ad cujus ſubſtantiam tempus non ſpectat, l. 11. §. 6. l. 3. l. 46. §. 4. fid. lib.

§. 20.

Si tamen non Quid ſed Quantum debeatur, teſtator ſaltem defineat, ſimul quoque defini-

Digitized by Google

finire debet, An debeatur: quia quantitas quæ in genere tantum conſiſtit rebus noſtris non continetur, niſi quantum exinde debita, & preſtanda eſt, neque videtur noſtro Jure, aut arbitrio fieri, quod non ſit de re noſtra, aut ex noſtra ſaltem debita.

COROLLARIA.

1. *Nihil in toto Jure noſtro reperiri, quod Chriſtianorum Religioni, boniſque moribus adverſetur, firmiter ſtatuo.*
2. *Supervenientibus liberis donationem perfectam irritum reddi ac revocari, probatur, l.* 8. *C. de Revoc. donat.*
3. *Jurari rectè poſſe Magiſtratu exigente ſeu ſuadente, utilitate negotii, affirmo.*

Digitized by Google

DISPUTATIO ORDINARIA J. G.
TERTIA,
DE

ARBITRIO BONI VIRI.

Reſpondente
JOH. BERNHARDO OTTONE,
Palatino. d. 10. Nov. 1708.

§. 21.

Hinc in caſu *d. l.* 52. *Cond. & demonſtr.* non poſſunt decem ita Titio legari *ſi Mævius voluerit*, quia neq; *Quid*; neq; *An*, debeatur definitum ibi eſt, ſed quantitas tantum quod non ſufficit *p.* §. 21. Secus in L. 43. §. 2. Legat. I. l. 1. pr. Legat. 2. l. 46. §. 2. fid. lib. in quibus definitum eſt, quid debeatur, & in arbitrium alterius tantum poſitum, An debeatur, quod utpote juxta priorem ſenſum acceptum in tertii arbitrium rectè conferri poteſt per §. 16.

§. 22.

Hoc ita eſſe, evidenter oſtendimus, nam in d. l. 43. §. 2. agitur, de eo arbitrio, in quo differunt heres & tertius, eo quod in tertii arbitrio poni poſſit, in heredis non poſſit, quod eſt

Digitized by Google

eſt arbitrium priore ſenſu acceptum ſc. *An debeatur?* per §. 16. in altera enim ſpecie non diſferunt, Heres & Tertius, cum in neutrius arbitrium conſenſu conferri poſſit per §. 19. Idem patet in d. l. 1. pr. & d. l. 46. §. 2. & quidem inde quia valere dicitur tanquam conditio, conditionis autem effectus eſt, ut debeatur ea exiſtente, quod eſt Reſponſio; An debeatur.

§. 23.

E contrario in d. l. 52. in genere agitur de collatione in alterius arbitrium & differentia ſaltem ibi conſtituitur inter has formulas; *ſi Mævius in Capitolum aſcenderit*, *&* *ſi voluerit*, quorum illa ſemper & indiſtinctè valet, quia nudum arbitrium Mævii non eſt per l. 14. hæc non ſemper & in diſtinctè, ſed tunc demum, quando definitum eſt; Quid & Cui debeatur, per §. 20. quod in d. l. 52. factum non eſt per §. 21.

§. 24.

Et ergo hoc ſenſu poſteriore, multum intereſt inter duas has formulas, Juxta §. 24. cum priore ſenſu nihil interſit, Juxta §. 17.

§. 25.

Cum autem hereditas, & quid in ea ſit, in ſe, & ſc. vel natura vel lege ſatis definitum ſit, p. §. 5. & ſeqq. hered. Inſt. quid autem legatum ſit, ſolus teſtator defineat, non ſufficit in here-

ditate,

Digitized by Google

ditate, ut definéat teſtator quid heredis eſſe debeat, quia hoc in ſe quoque definitum eſt, ut dictum ſed & illud definiendum ab ipſo quoq; eſt, an debeat heres, nec hoc in alterius voluntatem conferri poteſt.

§. 26.

Quod autem dictum eſt §. 15. Legatum ſeu fideicommiſſum in voluntatem heredis conferri non poſſe, id unicam exceptionem patitur J. Civ. in fidecommiſſ. hereditate, quoties illa non tantum in voluntatem, ſed & expreſsè in fidem heredis, collata eſt: Hoc modo: Heres ſi volueris, fidei tuæ committo, ut Stichum manumittas. *l.* 46. *p. fid. lib.* propter triplicem ſc. favorem fideicommiſſi libertatis, & expreſſe allegatæ fidei, unde ſi vel ultimum, hoc deſit, ſecus eſt, uti ſi formula ita concipiatur: *Heres ſi volueris peto ut manumittas*, id enim non valet d. l. 46. §. 3. fid. lib. l. 11. §. 3.

§. 27.

Etſi autem non poſſit legatum in aliena voluntate poni hoc modo, *Si voluerit*; poteſt tamen hoc modo: *Niſi Noluerit*; d. l. 11. §. 5. legat. 3. hæ duo enim differunt in priore formula, in expreſſa & nuda voluntate heredis eſſet, *An debeatur*: in poſteriore non eſt expreſſa ac nuda voluntas, ſed comprehenſa facto, contradicendi; adeoq; hæc formula d. l. 11. §. 5. ſi non

con

Digitized by Google

contradicat, eadem eſt cum illa l. 3. leg. 2. *ſi non attendat*, quæ valet Juxta §. 14. Unde ſi ſileant uſq; ad mortem debebitur legatum, quia non contradicit, perinde ut in d. l. 11. §. 6. Neq; tamen cautioni mutianæ locus eſt, quia prima ſaltem exigitur voluntas quæ vel volendo vel nolendo declarata conditio ſtatim vel exiſtit vel deficit d. l. 11. §. 5.

§. 28.

Tempus quoque in voluntatem heredis, & quamlibet alienam conferri poteſt, ita *Cùm voluerit*, nam nec ad diſpoſitionis voluntatem pertinet, quippe cui extrinſecum eſt tempus Juxta §. 20. nec ad obligationis; quia hac formula non ipſa obligatio & an debeatur, ſed tempus tantum obligationis in alterius voluntatem confertur, *l.* 11. §. 6. *Legat.* 3. *l.* 41. §. *pen. eod. l.* 46. §. 4. *fid. lib. l.* 46. §. 2. *V. O.*

§. 29.

Nec impedit, quod reus poſſit non conſtituere tempus, atque ita efficere ne debeatur d. l. 46. §. 2 hoc n. non ideo fit, quaſi ſit in arbitrium ejus poſitum ne debeatur, cum in ipſius voluntatem non fuerit poſitum; An ſed *Quando* præſtandum; ſed quoniam dum tempus in ejus arbitrium confertur, per conſequens; ad eoque tacite quoque in ipſius poteſtate ponitur, *An debeatur.*

C §. 30.

Digitized by Google

§. 30.

Cæterum in ſtipulationibus hæc formula: *Cum voluerit Reus* non pertinet ad hæredem Rei, quia verba, ſtrictè intelliguntur, d. l. 46. §. 2. V. O. in legatis autem pertinet *d. l.* 41. §. *pen. Legat.* 3. *L.* 11. §. 6. *eod.* etſi enim & hæc ſint ſtricti Juris, tamen ſæpius favor voluntatis idem in iis, quod bona fides, in aliis negotiis efficit, uti hic.

§. 31.

Continet autem hæc formula: *Cum voluerit*, tum diem incertum, *quando ſit exſtiturus*, vel qui in contractibus pro conditione eſt, *Suth. Diſſ.* 14. §. 20. eſt autem aliquando in legatis, quia in his incertitudo, quando dies ſit exſtiturus, ſc. quoties Legatarius præmori poteſt *l.* 4. *quando dies legati l.* 12. §. *ult. Leg.* 2. uti in caſu *d. l.* 11. §. 6. tum an ſit exſtiturus? qui utrobique pro conditione eſt l. 75. Cond. & demonſtr.

§. 32.

Hinc verò, hoc obſervatu dignum ſequitur, id quod dici ſolet, *diem incertam pro conditione eſſe*, obtinere tantum, quoadjus transmiſſionis; ſimilisque conditionum effectus d. l. 11. §. 6. non verò quoad collationem in alterius arbitrium, aliosque effectus, qui ab expreſsâ demum conditione obligationis dependent quia conditio obligationis ſaltem expreſsè, in aliena voluntate, poni

poni non poteſt, tacitè poteſt: l. 52. Cond. & demonſtr. l. 65. § 1. Legat. 1. l. 195. R. J. & hactenus opponuntur hæ formulæ: *Cum volueris*, *&* *ſi voluerit* in l. 46. §. pen. junct. §. ult. V. O. nec non in d. l. 11. §. 6. Junct. §. 7. Legat. 3. quæ alibi eædem dicuntur.

§. 33.

An Ergo nec in ipſis Legatarii arbitrium conferri poteſt? & indubium non poſſe, Quia hæc conditio, *Si Legatarius voluerit*, nihil continet, niſi quod ipſa quoque natura, legato ineſt, ſc. ut à legatario acceptetur & non repudietur, uti poteſt repudiari; eô ſaltem diverſo, quod illo caſu expreſſa fiat conditio *d. l.* 65. §. 1. *l.* 46. §. 1. *fid. lib. l.* 6. *Cond. & demonſtr.*

§. 34.

Hæc omnis varietas ceſſat, formulâ ita conceptâ: *Si arbitratus fuerit*: *ſi nutaverit* &c. tunc enim Arbitrium boni Viri, intelliguntur, quod certum eſt, & nihil liberi arbitrii continet, per §. 5. 6. 7. adeoque ita in cujusvis arbitrium, ſive heredis, ſive tertii conferri poteſt l. 11. §. 7. l. 8. l. 3. l. 46. §. 3. fid. lib. l. 41. §. 4. eod. &c. nihilque requiritur niſi ut definiri ſaltem poſſit, quod debeatur l. 43. Legat. 3.

§. 30.

Cæterum in ſtipulationibus hæc formula: *Cum voluerit Reus* non pertinet ad hæredem Rei, quia verba, ſtrictè intelliguntur, d. l. 46. §. 2. V. O. in legatis autem pertinet *d. l.* 41. §. *pen. Legat.* 3. *L.* 11. §. 6. *eod.* etſi enim & hæc ſint ſtricti Juris, tamen ſæpius favor voluntatis idem in iis, quod bona fides, in aliis negotiis efficit, uti hic.

§. 31.

Continet autem hæc formula: *Cum voluerit*, tum diem incertum, *quando ſit exſtiturus*, vel qui in contractibus pro conditione eſt, *Suth. Diſſ.* 14. §. 20. eſt autem aliquando in legatis, quia in his incertitudo, quando dies ſit exſtiturus, ſc. quoties Legatarius præmori poteſt *l.* 4. *quando dies legati l.* 12. §. *ult. Leg.* 2. uti in caſu *d. l.* 11. §. 6. tum an ſit exſtiturus? qui utrobique pro conditione eſt l. 75. Cond. & demonſtr.

§. 32.

Hinc verò, hoc obſervatu dignum ſequitur, id quod dici ſolet, *diem incertam pro conditione eſſe*, obtinere tantum, quoad jus transmiſſionis; ſimilisque conditionum effectus d. l. 11. §. 6. non verò quoad collationem in alterius arbitrium, aliosque effectus, qui ab expreſsâ demum conditione obligationis dependent quia conditio obligationis ſaltem expreſsè, in aliena voluntate, poni

Digitized by Google

poni non poteſt, tacitè poteſt: l. 52. Cond. & demonſtr. l. 65. § 1. Legat. 1. l. 195. R. J. & hactenus opponuntur hæ formulæ: *Cum volueris*, *&* *ſi voluerit* in l. 46. §. pen. junct. §. ult. V. O. nec non in d. l. 11. §. 6. Junct. §. 7. Legat. 3. quæ alibi eædem dicuntur,

§. 33.

An Ergo nec in ipſis Legatarii arbitrium conferri poteſt? & indubium non poſſe, Quia hæc conditio, *Si Legatarius voluerit*, nihil continet, niſi quod ipſa quoque natura, legato ineſt, ſc. ut à legatario acceptetur & non repudietur, uti poteſt repudiari; eô ſaltem diverſo, quod illo caſu expreſſa fiat conditio *d. l.* 65. §. 1. *l.* 46. §. 1. *fid. lib. l.* 6. *Cond. & demonſtr.*

§. 34.

Hæc omnis varietas ceſſat, formulâ ita conceptâ: *Si arbitratus fuerit*: *ſi nutaverit* &c. tunc enim Arbitrium boni Viri, intelliguntur, quod certum eſt, & nihil liberi arbitrii continet, per §. 5. 6. 7. adeoque ita in cujusvis arbitrium, ſive heredis, ſive tertii conferri poteſt l. 11. §. 7. l. 8. l. 3. l. 46. §. 3. fid. lib. l. 41. §. 4. eod. &c. nihilque requiritur niſi ut definiri ſaltem poſſit, quod debeatur l. 43. Legat. 3.

Digitized by Google

DISPUTATIO ORDINARIA J. G.
QUARTA,
DE

ARBITRIO BONI VIRI.

Reſpondente,
JOH. PHILIPPO LEUNESCHLOS
d. 22. Decembr. 1678.

§. 35.

QUod in contractibus, ipſa ſaltem obligatio ſeu An debeatur, in Rei arbitrium conferri non poteſt, in tertii poſſit, cùm de illo tantùm, non alio obligando agatur, patet ex §. 1. §. 16. §. 19. Nam quod diſpoſitio ipſa non poſſit in alienâ voluntate poni, proprium eſt teſtamenti.

§. 36.

Patet item ex §. 6. §. 8. intelligi quoq; in contractibus arbitrium BONI VIRI Si non in liberâ voluntate Rei obligatio poſita, ſed ita ei commiſſa fuit, ſi arbitratus fuerit, ſi æſtimaverit &c. §. 5.

§. 37.

Excipiuntur Jur. Civ. contractus Str. Juris, qui verborum anguſtiis concluſi, laxiore inter-
pre-

pretatione ad Arbitrium Boni Viri extendi non poſſunt l. 43. §. fin. §. 44. V. O. l. 32. §. 1. R. J. l. 78. pro ſoc. Secus in arbitrariis, quale eſt exemplum in l. 20. oper. libert.

§. 38.

Ut ut autem in Rei poteſtate eſſe non poteſt, an debeat §. 36. poteſt tamen in poteſtate ejus & cujusvis tertii eſſe, quantum debeat; L. 34. L. pen. l. 35. §. 1. Contr. emt. l. 2. §. 3. Eo quod cert. loc. l. 6. pro ſoc. Verum an hoc caſu arbitrium Boni Viri, intelligatur? cr? Negat id donellus de Jur. Civ. quia hoc caſu conditio ineſſe dicitur, *ſi titius æſtimaverit*, *l. 35. pr. Loc. l. ult. C. contrah. emt. l. 75. pro ſoc.* In arbitrio Boni Viri confertur, eo n. caſu cum tota obligatio certa ſit, per d. §: 7. nihil ſupereſt, cum ineſſe poſſit incerta conditio d. §. 7. Aliud quando ipſa ſubſtantia obligationis propriis viribus ſubſiſtit, citra arbitrium B. Viri, & quod debeatur, ſaltem in arbitrium tertii collatum ſit: tunc enim conditio non eſt in Arbitrio Boni Viri, ſed in ipſa obligatione, quæ tali arbitrio commiſſa non eſt. Item fit tali caſu in teſtamentis *l. 6. Cond. & demonſtr.*

§. 39.

Hoc igitur caſu, id Juris eſt, quod obligationi conditio hæc inſit, *Si Tertius arbitratus*

 fuerit,

fuerit, *per §. preced.* qua deficiente, id eſt non arbitrante tertio, tota obligatio nulla eſt, ob defectum conditionis *l. 7. contrah. emt. l. 25. pro ſoc. l. ult. C. contrah. emt.* eo autem arbitrante, ſubſiſtit obligatio, verum ſi inique arbitratus fuerit, reducitur in arbitrium B. Viri per text. expreſſ. in *L. 56. in fin. l. 77. l. 78. l. 89. l. 80. pro ſoc. d. l. 7. pr. pro contr. emt. l. 22. §. 1. R. J.*

§. 40.

Exceptio à JCtis Romanis meritò ſtatuitur in venditione & locutione, ita contractus: *Quanti filius vel Reus æſtimaverit*, Si enim hic æſtimet, nullatenus intelligitur penitus arbitrium Boni Viri exactè æquivalens, ſed quale contrahentes conſtituerunt, qui hoc caſu naturaliter ſe invicem etiam circumvenire poſſunt *l.* 16. §. *pen. Minor.* nec pretii inæqualitas vitiat emtionem, aut locationem, niſi læſio fiat ultra dimidium Veri pretii, quo caſu reſcinditur contractus ex notiſſima Leg. 2. C. Reſcind. Vend. nec arbitrii boni Viri locus eſt.

§. 41.

Unde ſatis patet, non poſſe admitti, poſt Dd. comm. *Gomezium* 2. *Reſolut.* 2. *n.* 19. qui tum docebat quod falſum eſſe conſtat *ex* §. 39. putat in poteſtatem Rei committi non poſſe, quan- §. 40. & text. expreſſ. *in l. 6. pro ſoc. l. 2. §. 3. de eo quod cert. loc.* Et facillime rationes obſtantes

ex

ex jam traditis ſolvuntur: Quæ ſunt (1.) quód in poteſtate rei eſſet, An velit eſſe obligatus. Reſp. Tacitè tantum & per conſequentias, quod fieri poteſt, & non expreſſè, *vid.* §. 14. §.28. §. 30. (2.) 13. C. contrah.emt. Reſp. Agitur de ipſa obligatione, non dè qvanto, illa Reo committi non poteſt, hoc poteſt, §. 39. *& ſeqq.* (3) L. 25. pr. V. O.Reſp. Res ibi penitus definire non poteſt, hîc poteſt, ſc. ſemiſſe veri pretij *p.* §. 40.

§. 42.

Sed & illa emtio juſto pretio valet, contra Ddr. comm. & pinell. C. de Reſc. vend. p. 2. c.1. n. 19. Juſtum enim pretium ubiq; certum eſt. L. 2. Jur. ignor. & idem quod arbitrio boni Viri *per* §. 6. ſeu peritis æſtimatoribus commiſſum; Fachin. 2. contr. 1. & Dd. comm. ſeu prout communiter valet; nach dem gemeinen Anſchlag. Gomez. d. loc. n. 9. qvæ omnia, cum meritò communiter recepta ſint, cur non & illud juſto pretio, quod reliquis omnibus ferè certius eſt, idqvé in terminis quoque probatur ex l.16. §. *ult. de pignor.* Ubi ne quicquam & divinatorie Barth. & Ddr. comm. Reſpondent, ideo ineſſequia alij contractui accedit. Nam ſi tantum ut pactum ad jectum valeret, non requireretur *d. l.* 16. §. *ult. verb. Juſto pretio. l.* 34. *pign. act. verb. certo pretio*; l. ult. pr. C. contrah. emt. ubi aliás de novo pretium

definiri

definiri debuiſſet, ſed & dici, aliàs non poſſet; quod contracta eſſet emtio, verum ex pacto illa naſceretur tantum obligatio, ad contrahendam emtionem, ſeu definiendum pretium, ſine certâ quantitate, nam & in illo ſubſtantia emtionis & in hæc ſubſtantia pretii conſiſtit per notiſſ.

§. 43.

Aliud ſi pretium commiſſum ſit alieno arbitrio generaliter, id enim valet, quia nihil in eo certi ac definiti eſt p. l. 28. pr. loc.

§. 44.

In agendi praxi ſtatim coram competente Judice petitur id, quod arbitrio Boni viri conveniens eſt, non verò ut perſona adjecta arbitretur *l. 7. in fin. pr. cont. emt. l.* 41. §. 4. *verb. non ſpectandum fideic lib.* perſona autem extra Judicialiter & privatim ſaltem interpellenda eſt, eo duntaxat effectu, ut in Mora conſtituatur & ſc. in morâ vel arbitrandi vel Juſtum arbitrandi l. 23. V. O. Pr. Uſur. in caſu autem §. 39. & §. 40. ex pectanda eſt conditio, Si autem æſtimet, ut non ex æquo ſtatim actione petitur id quod Juri con veniens eſt d. l. 7. in f. pr.

§. 45

Unde ſi per alium forte fiat, quo minus conditio impleatur, i. e. quo minus tertius aut Reus æſtiment, conditio pro impleta habetur, & ſtatim arbitrium *Boni Viri* petitur d. l. 7. fin. pr. l. 39. R. Jur.

COROLLARIA.

1. *Pupillus non naturaliter obligatur.*
2. *Prodigus ipſo Jure interdicitur ad miniſtratione.*

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO ORDINARIA
ex Jur. N. & G.

AN TRADITIO NECESSARIA SIT AD TRANSFERENDUM DOMINIUM.

PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO. U. J. D.

Reſpondente.

JOH. HERMAN MÆYER, ERBACO SCHONB.

propoſita in diem 25. Nov. h. l. q. s. Heidelbergæ. 1676.

§. I.

NOn eſſe naturali Jure neceſſariam traditionem ad transferendum Dominium ſæpe contendit Grot. de J. B. & P. Lib. 2. c. 6. §. 1. & c. 7. §. 25. & c. 12. §. 11. &c. ex quo inter ſummos viros acerrimè id fuit agitatum. Nos ſalvo eorum Judicio, ſtatuimus, traditionem omnino eo Jure eſſe neceſſariam, nec ſolam voluntatem partium ſufficere, quod ut demonſtremus, hæc prænotamus.

Digitized by Google

§. 2.

I. Naturalis Dominii ratio conſiſtit in poteſtate ſeu Jure rebus ſuis fruendi, easque nobis applicandi: cum enim res hujus terræ hominibus conceſſe ſint, ut iis frui, indeque ſe, vitamque ſuam, & corpus, omnibus modis ſuſtentare poſſint hanc ipſam poteſtatem rebus fruendi eosque ſibi ac ſuis uſibus applicandi, quatenus certo homini competit, Dominium dicimus.

§. 3.

II. Ille autem actus, quo res ita nobiſcum corporaliter conjungitur, eo quoque in conſpectu noſtro ponitur, ut in cuſtodia, & poteſtate noſtra videatur, & corpore nobis apprehendi poſſit; dicitur Traditio, & poſtquam ita jam in cúſtodia noſtra poſita eſt, poſſesſio.

§. 4.

III. Non tamen cuſtodia hæc & præſentia adeo ſtrictè intelligi debet ut non niſi quod manu teneamus in noſtra poteſtate eſſe videatur. Non enim belluarum vitam agimus, quarum ſi una prædam ore ferat, hæc ab altera occurrente illicò eripitur ſed ſc. homines non modo ad ſe ſuaque defendenda tectis & ædibus utuntur, ſed & diſtinctas, certis locis, poſſeſſiones habent, quas nemo invitis ingredi poteſt. Et quicquid igitur his tectis vel locis continetur idomne videtur eſſe, in eorum

Digitized by Google

eorum poteſtate, cuſtodia, & præſentia, & ſi illi longiſſimi abſint, cum illa loca & authoritare publica, & ipſa lege naturæ ab aliarum impeditione ſint defenſa & cuſtodita.

§. 5.

IV. Cum autem corpus noſtrum ejusque membra tantum ſint inſtrumenta, per quæ agimus perinde eſt noſtro an alterius corpore, ita apprehendimus, ea enim eſt natura omnis inſtrumenti, ut non ipſum, ſed is à quo movetur ac regitur, inſpiciatur, quia illius, non inſtrumenti, ea actio eſſe videatur: movetur autem ab eo, cujus nomine & authoritate movetur.

§. 6.

V. Dominium autem non tam eſt in tota re ſed & in quavis ejus parte, quin & in ſolis fructibus qui ex re naſcuntur: quia & res in partes & fructus à re ipſa dividi poſſunt, ſed propter illud Dominium quod eſt in re ipſa, reliqua in ſpecie Jura in rem dici ſolent.

§. 71

Hinc certa demonſtratio: Non poſſumus naturaliter re frui, eamque noſtris uſibus applicare, ſine tradione, qua res illa nobis præſens fiat, & in noſtra cuſtodia ſeu poteſtate conſtituatur; hoc corporaliter apprehendi à nobis poſſit: quem actum traditionem dicimur. Non poſſumus vino

frumento &c. frui, nec tignum emtum ædibus noſtris, aut aliis uſibus applicare, niſi hæ res manu qs. apprehendi & ita ad uſus, quos volumus, transferri poſſint: nam naturaliter res fruenda conjungi debet cum perſona fruente, & corpus ad uſus aliquos applicandum aut transferendum, præſens eſſe ei, qui applicaturus eſt, quousque autem præſentia, ſeu cuſtodia hæc noſtra, unde de promere qs. rem poſſumus, intelligatur: apparet ex §. 4. Atque naturale Dominium eſt ipſa hæc poteſtas re fruendi, eamque nobis applicandi per §. 1. Ergo naturale Dominium non poteſt eſſe ſine traditione.

§. 8.

Forſan regeretur: poſſe rem à poſſeſſore peti & acceptam applicari ad uſus noſtros. Reſp. Ineptiſſimè; ex hoc enim apparet non poteſt eam applicari ad uſus noſtros, adeoque naturale Dominium conſtitui niſi petita ſit ac tradita.

§. 9.

Inſtare poteſt: Sed hoc poſito, nequidem res in Dominio noſtro erit, etſi nobis ſit trædita, quia & tunc alio loco eſſe poteſt, unde prius peti debet, & tunc demum applicari. Reſp. Non petitur tunc ex aliena ſed noſtra cuſtodia, adeoque res nobis præſens & in noſtra poteſtas eſt, etiam anteqvam inde netatur quia poteſtas hæc non definitur eo

quod

Digitized by Google

quod in manu, ſed eo omni quod in cuſtodia & noſtra eſt per §.4. ſecus ſi in alterius cuſtodiâ & poteſtate ſit, tunc enim ex ea ad noſtram poteſtatem & cuſtodiam traditione prius transferenda eſt, antequam à nobis applicari ad uſum aliquem poſſit. Quod non fit, ſi jam ſit in noſtrà poteſtate & cuſtodia; tunc enim inde qs. ex penu noſtrâ, vel per nos vel per alios illa depromitur, ad quosvis uſus noſtros, indeque ipſius ſaltem applicationis initium fit.

§. 10.

Quid ergo ſi rem iſtam commodavero, locavero, &c. adeoque illa tranſierit è mea in alterius cuſtodiam. Reſp. tunc nos tenemus corpore alterius veluti inſtrumento. per §. 5. conſ. §. 17. infr.

§. 11.

Alia demonſtratio: Res corporeæ non poſſunt niſi inſtrumentis corporeis, non verò nudà voluntate moveri, ſive transferri; quod conſtat. Aſt Dominio naturali continetur, ut ipſum corpus in nos transferatur, quia illud Dominium in ipſo corpore fruendo conſiſtit, §. 1. idque itidem conſtat; Ergo illud Dominium non poteſt, niſi corpore ſeu inſtrumentis corporeis transferri, quæ corporalis translatio nihil eſt, niſi traditio per §. 2.

Digitized by Google

§. 12.

Tertia Demonſtratio: Non poteſt ulla, & ne minima quidem diſpoſitio, cum effectu fieri, niſi res tradita ſit. Finge; rem tibi non traditam vendis, vel locas ex naturâ horum contractuum teneris præſtare, ut alter rem habere, eaque liberè uti poſſit. Non potes ſi ipſe non habes, & niſi prius tibi tradatur, atq; in ita cæteris. Et quomodo ergo ibi erit Dominium, quod eſt genus diſpoſitionis pleniſſimum ubi ne minima quidem poteſt eſſe diſpoſitio efficax.

§. 13.

Quomodo ergo res noſtra eſſe, ad uſus noſtros applicari poteſt, ſi omnis utilitas ſit penes alium, Reſp. Eo caſu: Dominium conſiſtit in ſola rei ſubſtantia adeoque hanc ſolam vendendo, donando &c. non fructus ad uſus ſuos confertere poteſt §. 6.

§. 14.

Contrarium quoque videtur, quod traditione quoque factâ ſæpius Dominus non poſſit de re diſponere, forte inundatione, abſentia aliisve cauſis impeditus. Reſp. Omnibus tamen his caſibus res eſt in cuſtodia Domini, non alterius, §. 5. adeoque etſi exercitium hujus cuſtodiæ & effectus Dominii, impedimento naturali, ad tempus tollatur ipſum tamen Jus manet. Ita ipſa poſſeſſio ſine dubio non

niſi

Digitized by Google

niſi corpore quæritur, quia tota in eo conſiſtit, ut quis corpore incumbere rei poſſit. Id tamen non impedit, quo minus abſens, aut aliis cauſis impeditus, ne inſiſtere rei peſſit corpore ſuo, eandem poſſeſſionem retineat, quia in cuſtodia ipſius nihil, ominus res manet, Juxta d. §. 5.

§. 15.

Percurremus Jam argumenta Grotii, quæ fere ex Jure Civili deſumta ſunt. In multis caſibus inquit: Etiam ante adeptam poſſeſſionem tranſit Dominium, uti in hereditate *L. 23. acquir. hered. legat. l. 64. f. furt.* ſi quid piis locis donatum vel relictum l. 23. C. SS eccleſ. In cauſa alimentorum l. 1. C. donat. &c. Reſp. Quod Lex Civilis his caſibus transfert ipſo Jure Dominium, id tantum obtinet in effectibus civilibus ſc. in Jure vindicationis, non verò in effectibus Dominii naturalis, Nimirum Civili hoc dominio non continetur corpus, quod corpore transferendum, ſed Jus actionis in Rem ſeu Vindicatio, que ut reliquæ actiones Juris Civilis eſt, & ſola quoque Lege concedi poteſt. Hoc quoad Legata oſtenditur ex L 1. p. C. comm. de legat. ubi Vindicatio quæ olim uni ſaltem ſpeciei propria erat, tribuitur omnibus. Ita quoque in d. l. 23. & d. l. 1. nihil conceditur, niſi actio in rem. Cæterum vero ac naturale Dominium demum poſt aditam hereditatem agnito & accepto Legato acquiritur l. 44. §. 1. l. 86. §. 2.

§. 16.

Digitized by Google

§. 16.

Deinde opponit Gratius, quod is cui res donatur, uſufructu retento; l. 28. C. de Donat. aut conceditur cum Jam poſſideat, l. 21. pr. A. R. D. Item in caſibus §. interdum d. R. D. ſine traditione Dominium acquirit. Reſp. In his caſibus ille per conſtitutum poſſeſſorium rem Jam tenet, adeoq; non poteſt ei res amplius tradi, quam Jam habet: Cum enim actus noſtri corporei, non ſolum nobis ſed & aliis inſtrumento eſſe poſſint §. 5. quod totum ab agentis animo dependet, hinc & is, qui ſuo nomine poſſidet, uti in d. l. 28. poteſt alieno, & qui alieno, uti in d. l. 51. l. 18. pr. acqr. poſſ.

§. 17.

Denique allegat L. 1. L. 2. pro ſoc. quod omnes res communicari poſſint ſine traditione. Reſp. Hoc ideo quia in ſocietate omnium bonorum neceſſario utriq; communius eſt omnis cuſtodia §. 5. Quod vero Misſilia quoque allegat, reſponſionem non meretur.

§. 18.

Sunt, qui diſtinguunt inter Dominium, quatenus conſiſtit in facultate morali, & quatenus accedit facultatis naturalis, ſed male, quod Jam diſcutimus &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google